3

(S.T.) Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi. Millesimo. ducentesimo. primo. die Iouis quinto exeunte aprile
indictione quarta. Presentia Agonis de Coi. Oddonis Rucii. Guidonis de Marsibilia rogatorum ibi testium.
Datum fecerunt titulo venditionis. Iacopus et Matheus germani filii quondam Guidonis Gabbi. qui confessi fuerunt se
lege Longobardorum vivere. et predictus Iacopus se maiorem decem et octo annis fore. domino Sychardo dei gratia Cremonensi episcopo nomine episcopii
recipienti. Nominatim de pecia una terre. aratorie. iuris istius episcopii. et eis pertinebat ad fictum annualiter unum sestarium frumenti et
siliginis episcopio de qualibet pertica reddendum. Que iacet in braida Botera. pertice undecim. Ab omnibus partibus episcopium. seu
quantacumque sit ipsa pecia terre infra has coherentias. in hoc dato permaneat. ita quod nichil iuris in se ipsi germani in ea terra aut
eius nomine vel occasione reservaverunt. Ita quod ab illa die in antea iste dominus episcopus nomine episcopii et eius successores. et quicumque ab episcopio habuerint
habeant et teneant istam peciam terre vendite. Una cum accessione et ingressu seu cum superioribus et inferioribus suis. et faciant de ea
iure proprietario quicquid voluerint. Sine omni istorum germanorum venditorum suorumque heredum contradictione. Et ob hanc venditionem de
derunt. cesserunt atque mandaverunt isti germani venditores iamfato domino episcopo nomine episcopii recipienti. omnia iura. omnesque actiones
et rationes que eis aut alicui eorum in ista pecia terre vendite competebant tam iure quam in personam nomine vel occasione ipsius rei
vendite contra quascumque personas. In agendo videlicet. exigendo. excipiendo. appellando et respondendo. Et fecerunt ipsi ven
ditores istum dominum episcopum nomine episcopii predicti procuratorem iure suam de ista re vendita. et dederunt ei parabolam intrandi in te
nutam. Et constituerunt se possidere ipsum dominum episcopum. et eum possessorem fecerunt de ea pecia terre vendite nomine episcopii. ipsi
quidem venditores. Ita quod ab illa die in antea iste dominus episcopus nomine episcopii et eius successores et quicumque ab episcopio habuerint. habeant
et teneant istam peciam terre vendite et quicquid voluerint de ea ut plegius faciant. sine alicuius contradictione. Insuper pro
miserunt iamdicti germani venditores per se suosque heredes isto domino episcopo nomine episcopii et eius successoribus et cui dederint. pre
fatam peciam terre vendite ab omni homine deffendere sub pena dupli ipsius terre. Sicut pro tempore fuerit meliorata aut
valuerit. sub extimatione in consimili loco. Et pro hanc venditionem seu datum venditionis nomine factum. Confessi fue
runt isti germani venditores se accepisse ab isto domino episcopo nomine episcopii solvente. argenti denariorum bonorum imperialium libras qua
draginta et quattuor. Quorum denariorum nomine seu precii exceptioni pecunie non numerate. ipsi venditores renuntiaverunt. Et
inde domina Agnes uxor isti Iacopi eiusdem viri et Albertoni patris sui consensu. omni iuri quod sibi in ista pecia terre vendite
competebant. et maxime nomine dotis. donationis. pignoris et ypothece et quarte. omnique alii iuri seu exceptioni expres
sim renuntiavit. Actum est hoc Cremone feliciter. Signa manuum propriis manibus istorum venditorum et uxoris isti
Iacopi qui eciam hanc cartam scribi rogaverunt.

(S.T.) Ego Iohannes sacri palacii notarius interfui. Et hanc cartam rogatus scripsi.

Mortsie 2 (3a)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Post predictam namque venditionem ipso eodem die et loco et anno et indictione et istorum testium presentia. Predicto domino episcopo stipu
lanti. promiserunt isti Iacopus venditor. et Martinus de Pogo. hoc acto ut sint duo rei debendi et promittendi et quisque eorum te
neatur in solidum principaliter et suo nomine. effecturos se quod iste Matheus venditor. et sui heredes et quos ad eius venerit successionem
omni tempore habebunt rata istam venditionem. et iuris et actionum datum et cessionum et tenutam tenuteque constitutionem. et pro
missionem. confessionemque solutionis precii et renuntiationem. et quod nullo tempore inquietabit per se vel suos heredes aut submissam
personam istum dominum episcopum nec eius successorem. vel quos ab episcopio eam habuerit de ista pecia terre vendite nec eius fructibus; vel precio.
aut usuris vel interesse. nec precium amplius petet. neque restitutionem impetrabit. et quod omni tempore deffendent ipsam pe
ciam terre vendite ipsi domino episcopo et successoribus eius et eis quos ab episcopio eam habuerint ab ipso Matheo et herede eius. et quod infra
mensem unum ex quo petitum fuerit ab ipso domino episcopo vel successore eius. ipsis ipsis Iacopo et Martino vel eorum heredibus. facient
istum Matheum vel quos ad eius venerit successionem si ante decederet. istam venditionem firmare. et cartam facere in laudo sa
pientis hominis sine aliquo precio dato vel ad aducto. Quod si contra fecerint et ita non attenderint vel si adversus predicta vel
aliquid predictorum factum erit. Tunc promiserunt ipsi Iacopus et Martinus et quisque in solidum vel plegius. renuntiando [illegible] eorum
illi iuri quo posset se tueri pro parte. dare et componere istum precium in duplum. Hoc acto ut pena soluta ista rata per
maneat. Signa manuum propriis manibus istorum ~~venditorum~~ Martini et Iacopi qui hanc cartam rogaverunt scribi.

(S.T.) Ego Iohannes sacri palacii notarius interfui. Et hanc cartam rogatus scripsi.

Mortsie 2 (3b)

Anno ab incarnatione domini nostri ihesu christi M° CC°
ducentesimo primo. die iovis quinto exeunte aprile
Indictione quarta. Presentia ...

[illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1759329320-15/fragment/page=2

III

3

In nomine domini. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo primo, die iovis quinto exeunte aprile, indicione quarta. Presentia Agonis de Cor. Oddonis Rucii. Guidonis de Marsibilia rogatorum ibi testium. Datum fecerunt titulo venditionis Iacopus et Matheus germani filii quondam Guidonis Gabbi, qui confessi fuere se lege Longobardorum vivere, et predictus Iacopus se maiorem decem et octo annis fore, domino Sychardo dei gratia Cremonensi episcopo nomine episcopii recipienti. Nominatim de pecia una terre aratorie iuris istius episcopii, et eis pertinebat ad fictum annualiter unum sestarium frumenti et siliginis episcopio de qualibet pertica reddendum. Que iacet in braida Botera, pertice undecim. Ab omnibus partibus episcopium, seu quantacumque sit ipsa pecia terre infra has coherentias. In hoc dato permaneat. Ita quod nichil iuris in se ipsi germani in ea terra aut eius nomine vel occasione reservaverunt. Ita quod ab illa die inantea iste dominus episcopus nomine episcopii et eius successores et cui eam ab episcopio habuit habeant et teneant istam peciam terre vendite una cum accessione et ingressu seu cum superioribus et inferioribus suis et faciant de ea iure proprietario quicquid voluerint sine omni istorum germanorum venditorum suorumque heredum contradictione. Et ob hanc venditionem dederunt, cesserunt atque mandaverunt isti germani venditores iamfato domino episcopo nomine episcopii recipienti omnia iura omnesque actiones et rationes que eis aut alicui eorum in ista pecia terre vendite competebant tam in re quam in personam nomine vel occasione ipsius rei vendite contra quascumque personas. Inagendo videlicet, exigendo, excipiendo, appellando et respondendo. Et fecerunt ipsi venditores istum dominum episcopum nomine episcopii predicti procuratorem in rem suam de ista re vendita, et dederunt ei parabolam intrandi in tenutam. Et constituerunt se possidere ipsum dominum episcopum et eum possessorem fecerunt de ea pecia terre vendite nomine episcopii ipsi quidem venditores. Ita quod ab illa die inantea iste dominus episcopus nomine episcopii et eius successores et cui eam ab episcopio habuit habeant et teneant istam peciam terre vendite et quicquid voluerint de ea ut supra legitur faciant sine alicuius contradictione. Insuper promiserunt iamdicti germani venditores per se suosque heredes isto domino episcopo nomine episcopii et eius successoribus et cui dare debuerint prefatam peciam terre vendite ab omni homine deffendere sub pena dupli ipsius terre sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatione in consimili loco. Et pro hac venditione seu dationis venditionis nomine factum confessi fuerunt isti germani venditores se accepisse ab isto domino episcopo nomine episcopii solvente argenti denariorum bonorum imperialium libras quadraginta et quattuor. Quorum denariorum nomine seu pretii exceptioni pecunie non numerate ipsi venditores renuntiaverunt. Deinde domina Agnes uxor istius Iacopi eiusdem viri et Albroni patris sui consensu omni iuri quod sibi in ista pecia terre vendite competebant et maxime nomine dotis, donationis, pignoris et ypothece et quarte, omnique alii iuri seu exceptioni expressim renuntiavit. Actum est hoc Cremone feliciter. Signa ✠✠✠ ✠✠✠ ✠✠✠ propriis manibus istorum venditorum et uxoris istius Iacopi que venditionem hanc cartam scribi rogaverunt.

In nomine domini. Ego Iohannes sacri palacii notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Mortale 2 (3a)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Post predictam namque venditionem ipso eodem die et loco et anno et indicione istorum testium presentia. Predicto domino episcopo stipulanti promiserunt isti Iacopus venditor et Martinus de Pogo, hoc acto ut sint duo rei debendi et promittendi et quisque eorum teneatur in solidum principaliter et suo nomine, effecturos se quod iste Matheus venditor et sui heredes et quos ad eum venit successione omni tempore habebunt rata istam venditionem et iuris et actionum dationem et cessionem et tenutam tenuteque constitutionem et promissionem, confessionemque solutionis pretii et renuntiationem. Et quod nullo tempore inquietabit per se vel suos heredes aut submissam personam istum dominum episcopum nec eius successorem vel quos ab episcopio eam habuit de ista pecia terre vendite nec eis fictibus vel pecio aut usuris vel interesse. Nec pecuniam amplius petet, neque restitutionem impetrabit. Et quod omni tempore deffendent ipsam peciam terre vendite ipsi domino episcopo et successori eius et eis quos ab episcopio eam habuit ab ipso Matheo et herede eius. Et quod in statim unum ex quo petitum fuerit ab ipso domino episcopo vel successore eius, ipsis ipsis Iacopo et Martino vel eorum heredibus, facient istum Matheum vel quos ad eum venit successionem si ante decedet istam venditionem firmare et cartam facere in laudo sapientis hominis sine aliquo pretio dato vel adaducto. Quod si contra fecerint et ita non attenderint vel si adversus predicta vel aliquid predictorum factum erit. Tunc promiserunt ipsi Iacopus et Martinus et quisque in solidum ut supra legitur renuntiando [illegible] illi iuri quo posset se tueri, pro parte dare et componere istam pecuniam in duplum. Hoc acto ut pena soluta ista rata permaneat. Signa ✠✠✠ ✠✠✠ propriis manibus istorum venditorum Martini et Iacopi qui hanc cartam rogaverunt scribi.

In nomine domini. Ego Iohannes sacri palacii notarius interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

Mortale 2 (3b)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1759329320-15/fragment/page=3
DFG